Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Sequit Exhortacio facta publice in congregacione
cynali ab omnibus acceptata nullo contradicente die
veneris xxviij Octobr.

Admonet hec sancta Synodus omnes sacrum Concilium celebrantes ut omnem
gravitatem et honestatem que viros ecclesiasticos decet diligenter obser
vent vitam ac conversacionem exemplarem ducant et cum ad dandam
legem toti orbi convenerint id prius in se legem suscepisse dominum
Sint eorum mores sine macula et ruga. Exhibeant se tamquam spe
culum mundum in quo alii se speculantes normam et exemplum
sanctitatis accipiant. Meminerint se esse sal terre in quo opus est
ut nunquam saliatur mundus. Sint tales luceta preceptum dni ut lumen
eorum luceat coram hominibus ut videant bona opera eorum et glori
ficent patrem vestrum qui in celis est. Spes mea Christus in ysaia Thi
mothei. Esto exemplum fidelium in verbo in conversacione in caritate in fide
in castitate. Spes igitur nostra est bona conscientia apud semetipsos / bona fama
apud proximos.

Et quantum ad conscienciam attinet unusquisque eam sepe examinet et mu
det quantum sicut potest ab his omnibus que dominam inanescatem offen
dunt. Qui sacerdotes sunt sepe celebrent. Alii vero sepe confiteantur
hoc plurimum valebit ad gratiam dei impetrandam. Licet si iniquita
tem conspexerit in cordibus eorum non audiet dns. Et oracio pec
catoris fiet execrabilis.

Et quoniam opa que hoc sacrum concilium prosequitur minime gravia sunt
quo quid virtutibus humanis illatenus effici possunt. Necessario ad dm
recurrendum e oracionibus elemosinis et ceteris. Quilibet igitur
de Concilio singulis diebus aliquid saltem breuem oracionem ad deum
porrigat pro successu huius sacri Concilij. Mandat eiusdem hec
sancta Synodus ut singulis feriis quotidie durante tractatus
Bohemorum in maiori ecclesia celebretur missa de spiritu sancto cum oracione
ad hoc instituta in qua omnes de Concilio interesse
nec non diebus dominicis et aliis diebus solemnibus quibus ante
concilio misse celebrant quilibet de Concilio offerat in gazofilacio
saltem unum es minutum hoc modo ut duo cursores ad predictum
unus ab uno latere chori / alius ab alio intra missarum solemnia
recipiant quoque a supperstite concilij offerat post missam prelatorum
concilij debeant illud offerentes pauperibus de quibus apis videbitur
Eandem missam de spiritu sancto quinta feria sancta Synodus mandat
solemnium celebrari in qualibet ecclesia collegiata et conventuali